Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



De vino

Vinum secundum Aristotelem in de regimine principum temperate complexionis si moderate prout etati complexioni et tempori convenit sumitur cerebrum temperato calore calefacit et confortat cor leticat calorem naturalem et stomachum et eius digestionem confortat nutritum purificat et convertit in substantiam membrorum linguam facit distinctam mentem exhilarat et acuit liberat appetitum excitat magnanimum animosum liberalem et audacem facit sanguinem calefaciens spiritus multiplicat ingenium acuit et promptum intellectum vinum autem in proportione et in debito sumptum cerebrum sensus et intellectum perturbat vires ac virtutes corporis destruit et anime oblivionem inducit tremorem membrorum facit colam accendit epar ledit stomachum et digestionem debilitat nervis et iuncturis nocet obstructionem visus et fantasticas visiones horribiles causat humores corrumpit et dissipat et quandoque lepram inducit unde vinum ut dicit idem comparatur rubarbaro cuius sumptio moderata confortat epar et coleram educit sed immoderata veneno comparatur et serpenti cuius morsus quandoque antidotum est venenorum et multa toxicum et inducunt Avicenna dicit vinum facit in corpore nutrimentum penetrare et membris uniri fleum instituit coleram rubeam et nigram resolvit et educit Rasis dicit vinum calorem innatum augmentat naturalem quandoque confortat et stomachum confortat Item Avicenna dicit nocumentum vini loquens ait maius nocumentum est in cerebro propter quod quod cerebrum habet debile et os quod de facili inebriatur non bibat ipsum nisi parum et limphatum debile ergo cerebrum de facili inebriatur quia vini vaporibus obtunditur et suffocatur propter quod et ebrietas maxime si sit frequens est valde mala quia cerebrum et epar cum corruptione nervos percutit ad apoplexiam et mortem subitaneam disponit

De ebrietate

Fit autem ebrietas propter cerebri debilitatem aut propter humores eius aut propter vini fortitudinem aut propter malum regimen aut propter aliquid quod cum vino sumitur aliquando propter cibi paucitatem aut propter motum calefactionem et fatigationem Ebrietatem autem tollit acetum cum aqua potatum et odorem camphora vel aqua rosarum et super caput ponitur in frigidam repercussiva ut pannus in aqua tinctus frigida manus et pedes in aqua frigida ponuntur vino repletus festinet ad vomitum si potest et post vomitum balneetur et faciem lavet cum aqua frigida os cum aceto lavet quod si non vomuerit frigidum bibat aquam solam cum melle hoc etiam videlicet frigidum calefactus a vino quod est confert gendere malagranam aut alia acida Forte cerebrum non facile inebriatur quia non recipit vini vapores sed tantum calorem quo ingenium excitatur et subtiliatur. Quibusdam autem videtur quod semel aut bis in mense inebriari confert propterea quod virtutes alleviat aliis et eas quietat urinam provocat sudores et superfluitates resolvit Avicenna sed Rasis dicit frequenti ebrietati non videtur sed attamen in mense una vel due ebrietates auxiliantur Ex quo patet quod excessus interdum a debito et rationali regimine confert vinum non impedimentum sanitatis sed nimia servare cautelam utrum in multis per experimentum appetitus ergo sanus et non mendosus in cibis et potibus interdum est saciandus sepe non experimentum fallit rationem ut dicit Avicenna et in de vino etc.